glorioſa. Juſtitia dei apparebit q̄dem ⁊ relucebit in inferno. Thob. tertio. Oſtendit maieſtatem ſuã in gentem peccatricem Pſalmiſta de⁹ maieſtatis intonuit Pulchrius enim ſtat latro in patibulo ꝙ̄ ſi ſtaret in ſolio Seruus in cloaca ꝙ̄ in camera picta Porcus in luto ꝙ̄ in prato florido. Latro eſt ſuperb⁹ quia id quod eſt dei proprium ſcilicet gloriam ſibi auferre conatur Yſa. xli. Gloriam meam alteri nõ dabo. Seruus ē auar⁹ de quo phi. quinto. Auaritia que eſt ydolorũ ſeruitus. Porcus eſt luxurioſus. Prouerb. tertio. Circulus aureus in naribus ſuis ē mulier pulchra ⁊ fatua. Magis enim relucet maieſtas ⁊ iuſtitia dei in eo ꝙ iſtos ponit in inferno ꝙ̄ ſi eos poneret ĩ celo. Auguſtin⁹. Peccatores in ſupplicijs ordinantur vt nunꝙ̄ ſit dedecus culpe ſine decore iuſtitie. Apparebit etiam maieſtas eius in celo. gloria enim ſanctoꝝ maieſtas dicitur. tum quia erit generaliter magna. Pſalmiſta. Replebit̃ maieſtate eius. tum quia erit ꝑpetualiter alta. Dicitur enim maieſtas quaſi magnitudo ſtatus. tũ quia erit ineffabilit̃ lucida. p̃. Baruch. quinto. Adducet deus iſrahel cum iocunditate in lumine maieſtatis ſue. Rogem⁹ ergo ⁊c̈.

Sequitur [illegible] ſermo eiuſdē

CVm audiſſet Johannes ĩ vinculis opa̅ Chriſti Mathei. vndecimo. Herodes ã tipas Johannẽ baptiſtam in vinculis poſuit triplici de cauſa. Primo ex eo ꝙ ipſum reprehendebat ꝙ Philippo fratri ſuo herodyadẽ vxorem ſuam abſtulerat. Et iõ ad ſuggeſtionem ipſius herodiadis ipſũ incarcerauit. ſicut innuit Mathei ſexto. Secundo ex eo ſicut dicit Joſephus ꝙ Johannes iuſtitiam: ſobrietatẽ ⁊ baptiſmum predicabat. ⁊ ideo eum multus populus ſequebatur. Herodes vero cum eſſẽ alienigena ⁊ populo odioſus propter hoc ⁊ tumultum populi pertimeſcens eum in carcerẽ miſit Tertio ex eo ꝙ beatus Johannes quendam magnum r̃gem ꝑ ſe ſe venturũ predicabat. ⁊ cum romani ordiaſſent ne aliquis ſine ſenatus auctoritate rex nominaretur. offenſam ceſaris timuit ⁊ ipſum ĩ carcerem vinculauit. In quib⁹ vinculis cũ audiret opera Chriſti duos diſcipulos miſit ad xp̄m ſaluatorem noſtrum. In iſto euangelio tria tanguntur. ſcilicet beati Johãnis interrogatio. Chriſti domini noſtri r̃ſponſio ⁊ beati Johãnis a chriſto facta commendacõ. De interrogatione beati Johannis aliter ſentit beatus Gregorius. aliter beat⁹ Ambroſius. Aliter beatus Hilarius ⁊ aliter Criſoſtomus. Gregori⁹ enim dicere videtur ꝙ beat⁹ Johãnes dubitauit ꝙ dominus noſter ihesus Chriſtus in infernum per ſe ipſum deſcenſurus eſſet Et ideo ſcire voluit vtrum ſicut ipſe in mundũ venerat: ita ꝑ ſe ad ĩferni clauſtra


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG